

supra contente, tenemur per nos nostrosque heredes et successores, tibi tuisque heredibus et successoribus ab omnibus discalupniare ac deffensare imperpetuum super nos et omnia bona nostra habita presenciam et futura. Quare igitur amodo inantea liceat tibi memoratam terram libere habere, tenere et perpetuo possidere, heredibus et proheredibus derelinquere, vendere, dare donare, commutare, pignori locare, pro anima et corpore iudicare, ac omnimode ad omnem tuam voluntatem alienare, nemine tibi contradicente imperpetuum. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, silicet Jacobo Petri nunc iudice, Jacobo Desconis, Stoyslauo Mirissig.

(Altra grafia): † Ego Jacobus Petri examinador et nunc iudex manum misi.

Et ego Antonius, filius condam magistri Guidonis de Padua, Nonensis notarius, interfui rogatus, ut audivi scripsi, roboravi et solito signo signavi.
(Monogramma del notaio).

• Rogito originale membranaceo nell'archivio di casa Pasini-Marchi, Zara.

10

1322, 6 aprile. Venezia.

Nel Consiglio dei Dieci si delibera di scrivere ad Andrea Michiel e a Paolo Donado, ambasciatori presso Sebenico, circa un affare che riguardava Stefano Manolesso.

[1322], die VI aprilis.

Capta. Quod scribatur ser Andree Michael et ser Paulo Donato, ambaxatoribus apud Sibinicum, per modum superius anotatum, et mittatur unus preco cum dictis litteris cum una barcha. Et scribatur cuilibet per se sicut videbitur.

Capta. Si videtur vobis quod committatur istud negocium Stephani Manulesso vel

Non.

Archivio di Stato di Venezia. Consiglio dei Dieci, Misti, registro II, carta 121. La parte superiore di questa carta, dove era annotata la commissione al Michiel e al Donado, è guasta e illeggibile, anche per la patina di tannino passatavi sopra.